



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ad Iesuitarvm Assertionēs, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad  
Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum  
Papatum stabilire conati sunt, pia responsio**

**Bidembach, Wilhelm  
Osiander, Lucas**

**Tvbingæ**

**VD16 B 5358**

Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36892**

etiam libentius utimur, quod vetustis Patribus usi-  
ratam fuisse scimus. Nam neq; Origeni, Athanasio,  
Hilario, Ambrosio, Basilio, Hieronymo, Chrisosto-  
mo, Hesycho, Arnobio, Sedulio, Theophilacto,  
Haymoni, Bernhardo displicuit: neq; Glossa ordi-  
naria, Thomas Aquinas, Lyra, Bonaventura, Eras-  
mus Roterodamus, & Iacobus Sadoletus abhor-  
uerunt.

## I E S V I T Æ.

*Quam quidam repellentes, circa fidem  
naufragauerunt.*

### VII.

Igitur qui bonas actiones contemnendo, & prauas admit-  
tendo, bonam repellunt conscientiam, viam ingrediuntur pe-  
riculosam, in qua mirum non est, si fidei naufragium faci-  
ant. Horum è numero sunt Hymenæi, hoc est, nuptiales &  
voluptuarij homines, maximè qui contra fidem Deo datam,  
hodie nupturiunt: Sunt & Alexandri, nempe arrogantes, &  
contentiosi homines. Nec leuiter attingendum, quod Aposto-  
lo Fides similis est naui: vt enim naus ita est ad merces  
vehendas necessaria, vt illis vacua esse possit, nullamq; domino  
utilitatem adferre, sic & fides necessaria quidem est, ad bonas  
actiones inferendas in cælum, sine illis (otiosa tamen & inuti-  
lis) esse potest.

2. Tim. 2.

Heb. 11.

1. Cor. 13.

Iac. 2.

## R E S P O N S I O.

In



**I**n hac assertione quis non rideat intempestiuam & insulsam allegoriã de Hymenæis & Alexandris: quis nõ detestetur Iesuitarum licentiam, qui, quasi ex professo scripturã ludibrio habeant, sensus alienissimos fingunt: Sic solent tenebrarũ filij tenebras luci inferre, & scripturas non maiori reuerentia, quã fabellas Æsopicas tractare. Vbi iam ille, quas toties crepant, Patrum interpretationes: ubi sunt, qui per Hymenæos nuptiales, per Alexandros arrogantes intelligunt? Dilingæ sunt, Iesuitæ sunt, pileati sunt, mox mitrati, & Galerati, & Thiarati futuri sunt. Nunquid hoc sufficit? Sit pro ratione voluntas. Sed disperdat Dominus vni<sup>Psal. 11.</sup> uersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?

Non minus inconcinna est similitudo de nauis mercibus vacua, & fide vacua operibus. Nam in hac Metaphorica loquutione (circa fidem naufragium facere) perspicuum est, fidem non nauis, sed mercibus quæ nauis uehuntur, quarumq; in sæuis tempestatibus sæpè iactura fit, comparari. Sed esto sanè, sit fides nauis, sit nauis mercibus vacua? quid inde aliud consequitur, quã esse quandam fidem, cum qua non necessariò sint coniuncta bona opera, qualis est fides miraculorum, de qua Paulus 1. Corint. 13. qualis est fides historica, quam & dæmones habent, sed contremiscunt. Hanc fidem bonis operibus carere qui negarit, inter nostros scimus neminem: qui affirmarint, plurimos nouimus. Fides autem qualis & à Paulo ubiq; & ab authore Epistolæ ad Hebræos



braos cap. 11. describitur, vt bonis operibus nunquam est vacua, sed semper praeagnans & foecunda: ita nauis mercibus onustae rectius quam vacuae comparatur. Vt tamen nauis non quia mercibus referta est, sed quia prudenter gubernatur, & certum litus propositum habet, ad portum defertur: sic fides, non quia operum ferax est, sed quia a Spiritu sancto, secundum verbi diuini gnomonem ad vnum Christum dirigitur, nos ex huius mundi (qui a Chrysofomo *πολυπλοῦς πλάγος* dicitur) procellis & tempestatibus ad exoptatissimum aeternae salutis portum euehit.

## I E S V I T A E.

*Quos tradidi Sathanae, vt discant non blasphemare.*

VIII. *Ve Synagoga vetus a Deo potestatem habuit, illos occidendi, qui Sacerdoti obedire renuissent, ita Christi Ecclesia (testibus Anthero, Cypriano, & Augustino) ab ipso auctoritatem habet eos tradendi Sathanae, vel a communione catholicae. Cypri. li. 1. epist. 11. Aug. quest. super deu. li. 5. ca. 39. Matt. 28. 1. Cor. 5. 2. Thef. 3. 1. Io. 1. Can. Apost. 10. Calixtus Pont. martyr epist. ad oēs Epif. Galliae. Urb. Pon. mar.*

*Ve Synagoga vetus a Deo potestatem habuit, illos occidendi, qui Sacerdoti obedire renuissent, ita Christi Ecclesia (testibus Anthero, Cypriano, & Augustino) ab ipso auctoritatem habet eos tradendi Sathanae, vel a communione catholicae. Cypri. li. 1. epist. 11. Aug. quest. super deu. li. 5. ca. 39. Matt. 28. 1. Cor. 5. 2. Thef. 3. 1. Io. 1. Can. Apost. 10. Calixtus Pont. martyr epist. ad oēs Epif. Galliae. Urb. Pon. mar.*

*rum fidelium praecidendi, qui lethali peccato, praesertim haeresi, contumaciam addiderint. Huius autem animaduersionis finis, non tantum est peccantis salus, sed & publica utilitas Ecclesiae, cuius partes, vt vnus possunt contagione vitiari, ita vnus supplicio in officio contineri. Qui vero Ecclesiae potestatem hanc impudenter negat aut contemnit, is dignus est, qui eius censura notatus, in potestatem veniat Sathanae, atque ab omnibus exhibetur, tanquam qui cum sacris literis, cum*

*Aposto-*